Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

generationis & generationis suscitabis. & uocaberis edi
ficator sepium. auertens semitas in quietem. Si auerte
ris a sabbato pedem tuum faciente uoluntatem tuam in die
sto meo. & uocabis sabbatum delicatum. & sanctum domini glorium
& glorificatus eum. dum non facis uias tuas. & non inueniatur
uoluntas tua ut loquaris sermonem tunc delectabis super
domino & sustollam te super altitudinem terre. & cibabo te. hereditate
iacob patris tui. Os enim domini locutum est. ℣ Gaudeo
in illo. T. Cum sero esset factum erat naus in medio maris.
& ipse solus in terra. Et uidens eos in remigando laborantes.
erat enim uentus contrarius illis. Et circa quartam uigiliam noctis.
uenit ad eos ambulans super mare. & uolebat preterire eos.
At illi ut uiderunt eum ambulantem super mare. putauerunt
fantasma esse. & exclamauerunt. Omnes enim eum uiderunt. & con
turbati sunt. Et statim locutus est cum eis. et dixit eis. Con
fidite. ego sum. nolite timere. Et ascendit ad illos in na
uim. & cessauit uentus. Et plus. & magis. intra se stupebant.
Non enim intellexerunt de panibus. erat enim eorum illorum obtusum.
Et cum transfretassent pereunt in terram genezareth. & ap
plicuerunt. Cumque egressi essent de naui. continuo cognoue
runt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam. cepe
runt in grabatis eos qui se male habebant circumferre
ubi audiebant eum esse. Et quocumque intrabat in uicos. ut
in uillas. aut ciuitates. in plateis ponebant infirmos.
& deprecabantur eum. ut ut fimbriam uestimenti eius tangerent
Et quotquot tangebant eum salui fiebant. Unica Tractus Ad
Rs. Hortamur uos. ne in uacuum gratiam dei recipiatis. corin
Aut enim. Tempore accepto exaudiui te. & in die salu thios